

DOCTRINAE CHRISTIANAE

taliq; letitia sumus perfusi. Nam uerisimile est, tāto apud
uos errorum tencbras incubuisse pridem densiores, quan-
to uobis aduersaria Christi potestas imminet proprius.
Illæ ergo cum luce Euangelij, feliciter adeo & potenter
per Christi spiritū, incipiant dispelli, quis Christi amans
& uestra cauſa non eximie gaudeat, et tanta se Chri-
sti ubiq; ferè uirtute rursus exerente, non optime ſperet,
ſpiritu oris eius, propediem tri occiſum hominem illum
peccati, perditionisq; filium, qui in ignorantia Dei, mun-
dum tenuit tam diu captiuum, ac mox illustratione aduen-
tus eius penitus abolendum, ut tandem extincto & hōste
poſtremo, morte, contingat, plene innouatis nobis, Deum
omnia eſſe in omnibus.

VI. Viciſſim igitur cupientes, & uos mutua consolatione
Cur Italis aliquæ afficere, noſtrumq; erga uos amorem & ſtudium
fratribus, teſtari, cum in p̄ſenti, nulla alia occaſio ſe offerret, hor-
tatutum uestrorum, tum quorundam aliorum fratrum,
opus hoc in ſcriptū. Quartum Tomum enarrationum in Euāgelicas atque
Apoloſicas lectiones, quæ dominicis diebus, ad missam ſo-
lent recitari, authore inſigni Christi ministro, Martino
Lutherò, nuper in noſtra uernacula lingua editum, quem
hiſce diebus in linguam latinam, utcunq; uerti, uestræ dile-
ctioni ſtatui nuncupare, p̄ſertim cum prioribus tribus
Tomis, illi uestri, nō tam oblectatos, quam adiutos uos nar-
rauerint. Indubie non minus in hoc, quam illis prioribus,
Christus feliciter p̄ædicatur, officijq; ſui, qui Christo de-
cerunt nomen, grauitate & ſancte monentur. Dignum
omnino